

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

De obseruandis in celebratione Missarum. 11

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](#)

aquam miteti in piscinam. Neque obstat textus, in cap. non licet permittens acolytho hanc sacra tangere, quia intelligi debet in defecum subdiaconi sacrificio ministrantis ex privilegio fidelis Apostolicæ Mendicantibus concessu, omnes qui ex voluntate superioris sacrificio officio funguntur, tametsi nullo ordine sint insigniti, possint sacra vasa, & ornamenta tangere, ac si facis ordinibus iniciati essent: habetur in monum. Ordin. concess. 9. & refertur in compend. nosfr. priuileg. verbo sacra §. 1.

Verum esto laicis, & clericis inferioribus permisum non sit sacra vasa, & corporalia tangere extra necessitatem, si tamen id faciente scelito contemptu non censetur culpa grauius, sed venialis tantum ob materie leuitatem. Suar. disp. 81. f. 8. Aegid. de Coninch. quæst. 83. art. 3. dub. 3. num. 249. Bonac. disp. 4. de facrum. quæst. v. punct. 9. num. 21. Vafq. disput. 233. cap. 4. in medio. Layman. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 6. num. 19. Sanch. lib. 2. sum. cap. 43. n. 27. & alii. Intercedente vero causa aliqua rationabili nullam esse culpam firmant Suar. Aegid. Layman. Vafq. & Sanch. suprà. Eaque de causa corporalia, & purificatoria post primam lotionem scemini maxime virginibus integre laudanda, & recienda traduntur, quia hoc munus exactius quam virtù præfare possunt, vt bene notarunt prædicti Doctores. Si autem de vasculis, ornamentiisque rum facerdotis, rum altaris immediatè Corpus, & sanguinem Christi non attingentibus, communior sententia, & in praxi recepta est à quolibet etiam laico contingi, sed cum reverentia posse, sicuti testantur Suar. Aegid. Layman. Neque obstat textus, in cap. vestimenta de consecrat. disp. 1. vbi de omnibus vestimentis etiam non sacratis dicit Stephanus. Papa alibi non debere contingi, aut ferri nisi à faciatis hominibus. Non inquam obstat, quia ut explicat Suar. disp. 81. f. 8. §. 2. illa verba præceptum non continent; vel si continent non de quolibet contactu, sed de eo qui ad profanum, & Communem vnum dirigenter, intelligi debent, vel certe conuenientiae ipsa abrogatum est id præceptum.

14. Tertia quæstio, an recitatio maturinarum precum præmittenda necessariò fit celebrationi? Affirmant Gabr. lett. 2. in can. Antonin. 2. p. iii. 13. cap. 4. 5. 1. Francolin. tract. de temporib. hor. can. cap. 42. Azor. lib. 10. cap. 28. quæst. 17. Nauarr. cap. 23. num. 83. & de hor. canon. cap. 3. num. 70. Vega. respons. cas. confess. i. p. cap. 54. Henr. lib. 9. cap. 24. num. 7. Graff. lib. 2. deis. Suar. cap. 40. n. 6. & alii relati à Bonac. & Barbo. locis referendis. Mouentur ex recepta conueridine & ex Rubricis Missalis. Ceterum verius existimo nullum esse peccatum, vel tuncum esse veniale. Quia communior sententia docet non esse mortale præiuratum Primam ante maturinum dicere, & Tertiam ante Primam. Sed minorem connexionem haber Missa cum maturinis precibus, quam hora canonica inter se. Quinimo culpa qua in hac parte esse potest; desum non deber ex eo quod Missa non recitat maturinis dictum, sed ex eo quod maturinum dictum non fuerit hora confusa. Quare si ex aliqua causa rationabili excusat, est sacerdos à dicens maturinis absolute, vel à dicens illis hora confusa, sicuti contingit cum infirmis est, nullam culpam committit illis non præmissis celebrando. Atque ita sustinent alios recitentes Suar. disp. 82. f. 1. Coninch. quæst. 83. art. 3. dub. 4. n. 220. Scortia. lib. 2. de sacrificio Missa. cap. 6. Ludovic. Mirand. 1. 1. man. Pralat. quæst. 40. art. 12. Layman. lib. 5. sum. tract. 5. e. 4. num. 5. Bonac. disp. 4. de facrum. quæst. v. punct. 9. num. 8. Barbo. 2. p. de pote. Episc. allegat. 24. n. 15. Neque rubrica missalis maturinum præcipiunt præmittendum, sed consulunt, vt latius ex tract. 7. de hor. canon. disp. 2. p. 4. n. 6.

Aduentum tamen communior prædicti Doctores negantes esse peccatum celebrare Missam maturinis precibus non recitatis, non esse intelligendum de Missa conuentuali, & solemnii in illis Ecclesiis, vbi ex conuentidine preces publice canuntur, ibi enim missam conuentualem precibus maturinis non recitat celebrare absque graui causa peccatum mortale est, tum ob scandalum. Tum quia obstarer illius Ecclesie publico, & conuenienti regimini.

## P V N C T Y M X I.

### De obseruandis in celebratione Missarum.

1. Obseruare tenetur sacerdos que in Missali prescribuntur.
2. Ob nullam causam licet sacrificium imperfectum facere, bene tamen imperfectum reliquum, constat ex dictis hoc præfensi tract. pun. 2. Non enim tibi licitum est consecrare Panem animo non consecrandi, Vinum neque consecrare Panem, & Vinum animo non consumendi vitramque speciem, quia essentia, & integritas sacrificij tanta considerationis est, vt merito debes bono cuiilibet temporali præferrere nullatenus autem præferes, si ob vitandam mortem velles in vna tantum specie consecrare, vel vitramque specie consecrata, vitramque non lumere. Quod si dicas inde probari consecrata vna specie, te non posse à consecratione alterius cessare, quinimo neque à consumptione, vitramque tametli periculum mortis imminet, alia bonum temporale vita, essentia, & integritas sacrificij præferretur, siquidem ne moriaris vis sacrificij dimidiatum reliqueret: Respondeo bonum temporale, essentia, & integratis sacrificij indirectè præfers posse, secus directè, & formaliter. Cum ergo consecras vna Hostiam animo non consecrandi aliam, vel animo non consumendi vitramque ob malum mortis vitandum, directè, & formaliter præfers tuam vitam sacrificij essentia, & integratis, sed Vini consecratione aliam debita. Ade præcepsum diuinum negotium esse, ne vnam speciem consecres, quin animum habeas consecrandi aliam, & vitramque sumendi. At quod consecrata vna hostia alteram consecres, & vitramque summas, affirmatum est præceptum. Præcepta autem negariu regulariter strictius obligant, quam affirmativa. Ergo &c.
3. Assertionis tertia. Sacrificium incepsum nequis absque rationabili causa interromperet, quia ex præcepto saltem Ecclesiastico lato à Pio V. obligaris Missam vlsque ad finem continuò prosequi, colligiturque ex cap. illud. cap. nihil. 7. quæst. 1. ibi: Nullus abique prouenuit pacientis mollesia minister, vel sacerdos cum cœperit imperfecta officia prælumen omnino reliqueret. Si quis hæc temerari präsumperit, excommunicationis sententiam sustinebit. Bonac. pluribus relatis disp. 4. q. ultim. punct. 10. numero 25.
4. Causæ autem legitimæ, ob quas sacrificium ante consecrationem, vel consecratione facta inerrumpi potest, varia sunt. Et quidem ante consecrationem minores causæ sufficiunt, siquidem vlsu receptum est ob concionem populo habendam, ob ordines celebrando sacrificium inerrumpi.

Primum

A assertio prima. Sacerdos obligatus est seruare que in Missali Romano reformato præscribuntur, constat ex

præcepto Pij V. relato in principio Missalis. Et ex Trident. sess. 22. decreto de obseruand. in celebrat. missar. Seruanda tamen sunt sub graui culpa, si materia grauis sit; sub leui, si sit leuis. Grauiratem materiæ desumes primò ex essentia, & integritate substantialis sacrificij. Unde si sacrificium imperfectum reliquas sive essentialiter, sive integraliter peccatum committes, sicuti si consecres Panem, Calice non consecrato, vel consecrata vitramque specie vitramque non sumas. Secundò ex integritate sacrificij accidentalis, hoc est ab Ecclesia instituta. Etenim Ecclesia in sacrificij ornatum, & decorum, specialemq; cultum pluribus partibus exornauit, videlicet introitio, epistola, Euangeli oratione &c. Omisso ergo cuiuslibet partis integræ ex his quo pro omni sacrificio sunt ab Ecclesia institutæ, cenfenda est grauis materia. Quapropter peccare mortaliter, si Confessionem, vel Introitum, vel Euangeliū, & à fortiori quamlibet integrum orationem ex canone omittes. Secus vero si Gloria, Credo, aliaue orationes, quæ non in omnibus sacrificiis recitantur, sed in aliquibus, quia haec non sunt partes integrales sacrificij absolute sumpti, sed huius, vel illius diei. Tertiò ex significacione, hac enim de causa diximus te mortaliter peccaturum, si omittas vino misere. Et idem est de divisione hostie, & mixtione illius cum sanguine.

Econtraria fit grauem iniuriam reputandam non esse omissionem illius partis, quia neque ad integratem sacrificij etiam accidentalem, neque ad speciale aliquam significacionem dirigitur, sed potius ad illius ornatum, decentiam, & speciem cultum pertinet, alia omisso cuiuslibet ceremonia, & ritus peccatum mortale constitueret, nullusque ferè sacerdos qui celebrando mortaliter non peccaret, cum pauci sint qui ita exactè ritus, & ceremonias obseruent, vt vnam vel alteram non omitant, aut sinistre faciant.

Debes tamen aduertere ex prædicta Bulla Pij. V. & ex Trident. sess. 22. decreto de obseruand. in celebrat. missar. non solum te peccare posse omisso aliquius partis sacrificio pertinentis, sed etiam additione alterius partis extranea. Et quidem si animo inducendi nouum titum addicio fiat, certum est peccatum esse mortale, si autem ex imprudenti denotione contingat, à mortali excusari poterit, præcipue si additio levius sit, sicuti latius nota Suar. disp. 83. f. 3. & disp. 84. f. 1. Aegid. de Coninch. q. 83. art. 4. an. 266.

2. Assertionis secunda. Ob nullam causam etiam ob vitandam mortem licitum est sacrificium imperfectum facere, bene tamen permitti imperfectum reliquum, constat ex dictis hoc præfensi tract. pun. 2. Non enim tibi licitum est consecrare Panem animo non consecrandi, Vinum neque consecrare Panem, & Vinum animo non consumendi vitramque speciem, quia essentia, & integritas sacrificij tanta considerationis est, vt merito debes bono cuiilibet temporali præferrere nullatenus autem præferes, si ob vitandam mortem velles in vna tantum specie consecrare, vel vitramque specie consecrata, vitramque non lumere. Quod si dicas inde probari consecrata vna specie, te non posse à consecratione alterius cessare, quinimo neque à consumptione, vitramque tametli periculum mortis imminet, alia bonum temporale vita, essentia, & integritas sacrificij præferretur, siquidem ne moriaris vis sacrificij dimidiatum reliqueret: Respondeo bonum temporale, essentia, & integratis sacrificij indirectè præfers posse, secus directè, & formaliter. Cum ergo consecras vna Hostia animo non consecrandi aliam, vel animo non consumendi vitramque ob malum mortis vitandum, directè, & formaliter præfers tuam vitam sacrificij essentia, & integratis, sed Vini consecratione aliam debita. Ade præcepsum diuinum negotium esse, ne vnam speciem consecres, quin animum habeas consecrandi aliam, & vitramque sumendi. At quod consecrata vna hostia alteram consecres, & vitramque summas, affirmatum est præceptum. Præcepta autem negariu regulariter strictius obligant, quam affirmativa. Ergo &c.

3. Assertionis tertia. Sacrificium incepsum nequis absque rationabili causa interromperet, quia ex præcepto saltem Ecclesiastico lato à Pio V. obligaris Missam vlsque ad finem continuò prosequi, colligiturque ex cap. illud. cap. nihil. 7. quæst. 1. ibi: Nullus abique prouenuit pacientis mollesia minister, vel sacerdos cum cœperit imperfecta officia prælumen omnino reliqueret. Si quis hæc temerari präsumperit, excommunicationis sententiam sustinebit. Bonac. pluribus relatis disp. 4. q. ultim. punct. 10. numero 25.

4. Causæ autem legitimæ, ob quas sacrificium ante consecrationem, vel consecratione facta inerrumpi potest, varia sunt. Et quidem ante consecrationem minores causæ sufficiunt, siquidem vlsu receptum est ob concionem populo habendam, ob ordines celebrando sacrificium inerrumpi.

Primo ob aduentum Episcopi, Duci vel populi processionis, quos decet integrè Missam audire, neque est alius sacerdos qui celebet, poterit missa inchoata, si oblatio nondum facta est, reliqui, & iterum à principio inchoato. Teste Nauarr. cap. 25. num. 86. Henr. lib. 9. cap. 30. num. 3. Sa. verbo Missa num. 21. Scotia lib. 2. cap. 18. Azor. 1. p. lib. 10. cap. 32. quæst. 3. Layman. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 7. circa finem. Secundò etiam facta oblatione ante Canonem incepsum poterit inceptum Missam relinquere, si excommunicatus, irregulare, vel non ieiunus existas, quia potius decet à sacrificio desistere, quam ab irregulari, excommunicato, vel non ieiuno fieri. Sic D. Thom. quæst. 83. art. 6. Et ibi Aegid. Henr. lib. 9. cap. 30. num. 5. Quinquo scelus scandalo, & graui nota videris obligatus à sacrificio desistere, sicuti docet Aegid. supra, quia præceptum de sacrificio semel capto prosequendo minoris momenti esse videatur, quam negatum præceptum prohibens ab excommunicato, irregulari, & non ieiuno fieri. Secus vero existimo dicendum de sacerdote, qui aliquius peccati mortalitatis nondum confessi recordatur, nam esto absque graui nota posset ab incepta Missa desistere, credo obligatum non esse, quia præceptum confessionis præmitenda celebrationi sonus virget, cum ab eo copia confessoris, & celebratio absque indecentia omitti non potest, sed contritione concepta poterit sacerdos Missam profugui, vt cultus debitus tanto sacrificio obserueretur, hec ex doctrina D. Thom. colligit Sotus in 4. disp. 13. quæst. 2. art. 6. ad 2. Et confessio Aegid. de Coninch. quæst. 83. art. 6. num. 272. Tertiò si ante incepsum canonem superueniat interdictum speciale, vel censatio, neque habeas præiugium ianuis clausis celebrandi, vel superueniat interdictum generali, nec permitat claudere ianuas, & interdictos excludere, vel si denunciatus excommunicatus us expelli nequeat, pores, imo teneris à sacrificio incepso desistere: quia intentio Ecclesia, cum præcipit sacrificio incepsum præcepit, est cum prosecutio fieri potest seruatis illius præcepitis, secus illis temporis. Henr. lib. 9. cap. 30. n. 5.

Verum post ecepsum Canonem, quia iam censetur sacrificium quasi substantialiter inchoatum grauior causa requiritur, vt possis à sacrificio incepso desistere, tametsi aliquantulum interrumpere posse. Tum vt proprie necessitatibus, tum vt aliena consulas. Si enim grauius moribus, vel necessitatibus ventis, quam sustinere non possis superueniat, poteris sacrificium incepsum etiam post consecrationem, prædicta necessitate sacrificias interrumpere, & morbo, vel necessitate celante sacrificium continuare. Quod si morbus eius conditionis sit, vt nequeas per te ipsum sacrificium inchoatum perficere, aliis sacerdos tametsi excommunicatus, vel non ieiunus existat, perficere poterit incipiens ab ea parte, in qua crederis sacrificium reliquissimam, quia icto consecratio facta non sit, adeo tamen illius proxima preparatio, quam minus convenientiam relinquare, quam obseruare legem ieiunij, & excommunicationis. At si consecratio facta fuerit, omnes Doctores docent liberum esse sacerdoti etiam non ieiuno ( si ieiunus non reperitur) sacrificium perficere, quia perfectio sacrificij ipso iuris diuinum strictius obligat quilibet præcepit Ecclesiastico. Sed an eo casu teneatur sacerdos sacrificium perficere? non est constans sententia, vt videri potest Azor. lib. 10. cap. 33. quæst. 1. Suar. disp. 85. sect. 1. in fine. Nauarr. cap. 25. num. 88. Aegid. de Coninch. quæst. 83. art. 6. Placet tamen horum Doctorum resolutio obligatum esse sacerdotem perficere, quia præceptum diuinum est, ne sacrificium multum relinquantur, cum id fieri possit absque graui incommodo, quippe a perfectio tantum sacramentum decet. At prædictum præceptum primò astringit sacerdotem sacrificij inchoantem. Secundò & in illius defectum reliquos omnes qui illud obseruare possint. Ergo deficiente sacerdoti qui sacrificium inchoavit, quilibet alius sacerdos qui ibi præfens fuerit, obligatus est perficere, alias muneri suo non satisficiat. Neque obstat textus in cap. nihil. 7. quæst. 1. affers librum esse Episcopo, vel presbytero consecrationem exequi offici capi, quia non sit obligatorium. Non inquam obstat, quia vt bene adiutor Suar. disp. 85. sect. 1. in fine, vox illa liberum non est delendum contrarie, prout obligatorio opponitur, sed positivè prout ab obligatorio præcedit, præstat enim hunc sensum; in potestate sacerdotis est offici capi consecrationem exequi, an vero teneatur Episcopus, vel sacerdos eam potestatem ad actum reducere prædictus textus non decidit. Si verò vox illa liberum contrarie delendum est, intelligi textus debet de defectu contingente ante consecrationem, quo casu probabilius censeo cum Laymann. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 7. in medio, & Azor. 1. p. lib. 10. cap. 33. quæst. 1. sacerdotem non esse obligatum sacrificium incepsum perficere, tametsi Canon sit inchoatus, quia consecratione non facta sacrificium substantialiter, & propriè inchoatum non est.

Vt aliena necessitatibus maximè spirituali consulas, poteris sacrificium etiam facta consecratione incepsum relinquare, post modum perficiendum. Sic docent Henr. lib. 9. cap. 30. n. 3. & seqq. Zambran. de Euchar. cap. 4. dub. 6. num. 5. Layman.

lib. 5. sum. tract. 5. cap. 7. à num. 2. Quod si roges, que necessitas proximi censetur sufficiens ad prædictam interrupcionem? Respondeo solam necessitatem, qua dilationem non patitur recipendi aliquod sacramentum ad salutem moraliter necessarium sufficiens esse, etiam si è templo exire debes, vt prædicta necessitati succurras. Vnde si infirmus ita sit morti proximus, vt moraliter censetur expectare non posse sacrificij finem, vt ei sacramentum necessarium ministretur, poteris ab altari dicere, & in dominum infirmi pergere, vt ei sacramentum ministres omittis precibus, & orationibus in sacramentum ministratore prescribis, sed post peractum sacrificium recedatis. Et idem est si presentia sacramentum suscipere non posset, posset tamen Eucharistiam, vel Extremam-Vnctionem, quia eo casu Eucharistia, vel Extremam-Vnctionem est prædicto infirmo moraliter necessaria. Secus esset si paulo antea presentia sacramentum infirmus suscepisset, nam eo casu permitti posset absque viatico mori, cum moraliter ad salutem illi necessarium non sit. Quod intelligendum est, si à templo exire debes, nam si infirmus in ipso templo existat, poteris illi & viaticum, & Extremam-Vnctionem ministrare, quia illa brevis interrupcio ex necessitate proximi honestarum, & cum in templo existas ab altari non censeris moraliter dicens, sic docent Zambran, & Laym. suprà.

6. Aterio quarta. Omnes defectus tam substantialis, quam accidentiales in sacrificio contingentes suppleri debent quoad fieri possit, de qua re latè Pius V. in rubrica Misalis; D. Thom. quæst. 83. art. 6. & ibi omnes eius expositores. Si defectus accidentialis in verbis, vel actionibus contingat, qualis esset omissionis Euangelij, Offertorij, aliquius orationis, Canonis, & similius, si multum progressus non est, quando advertitis, debes repetere, si absque graui nota facere potes: regulariter non teneris, cum quia vix absque nota fieri potest. Tum quia omnia quae dicuntur, & aguntur in hoc sacrificio sunt ita inter se connecta, vt si à propriis locis extrahatur, non bene inerit se coherant. Sic D. Thom. quæst. 83. art. 6. & ibi Aegid. de Coninch. num. 281. Suar. disp. 85. sect. 2. Bonac. disp. 4. de sacram. quæst. vlt. pun. 10. num. 16. At si accidentialis defectus in materia consecrandi accidat, vel quia apponitus est panis fermentatus, cum azimus apponendus esset, vel quia vinum est nimis acidum, vel non est aqua mixtum, & aduersus defectum ante consecrationem, suppleri omnino debes, si facta consecratione defectus prævideatur, tolerandus est, & per presentiam supplendus. Quod si defectus levior sit eo quod vinum sit aliquantulum acidum, vel hostia non fatis integra, suppleri debet ante oblationem si prævideatur, ac oblatione facta dissimilandus est. Suar. dicta disp. 85. sect. 2. Ad accidentiales defectus pertinet, si Hostia cadat in Calicem, ita vt frangi non possit, quia & lumen potest simul cum Sanguine, tametsi ritus, & ceremonia circa illam præscriptæ fieri non possint. Vnde non est noua Hostia, nec nouus Sanguis consecrandus. Sic ex D. Thom. q. 83. art. 6. & communis sententia tradit. Aegid. ibi num. 282. Henr. lib. 9. cap. 37. num. 3. Bonac. disp. 4. de sacram. quæst. vlt. pun. 10. num. 17. Item pertinet ad accidentiales defectus, si vinum congelatum sit. Sed facile hic defectus tolli potest admotis Calici pannis ardentibus, sed si deficiat, digitis aliiquid sanguinis liquefacere potes, & sumpto fias, sicuti notavit Suar. disp. 85. sect. 1. vers. tertio. Henr. cap. 37. num. 5. Bonac. disp. 4. de sacram. q. vlt. pun. 10. num. 18.

7. Si defectus substantialis in sacrificio contingat, maiori diligenter supplendus est. Sicuti adiutunt D. Thom. q. 83. art. 6. & ibi Aegid. Suar. disp. 85. sect. 1. Layman. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 7. Bonac. disp. 4. de sacram. quæst. vlt. pun. 10. Primò contingit defectus substantialis, si cum protulisti consecrationis verba, non habuisti legitimam intentionem consecrandi, vel non protulisti ea super debitam materiam, quo casu teneris, cum primum aduersitatem materiali in qua est defectus iterum concertere, ne in tam enormi fictione procedas, neve sacrificium mucilaginem facias, neve populo proponas adorandum, quod nulla veneratione est dignum. Secundò defectus substantialis contingit, si lumpa Hostia deprehendis loco vini aquam appositorum esse, qui defectus si ante Calicis sumptionem prævideatur, aliis Calix legitimus consecrandus est, & sumendus, & postmodum sumendus Calix aqua cum particula Hostie ibidem existens. Quod si defectus prævisus non fuerit, quoniam Calicem aqua sumptus non debes ex ore euomere, est enim id indecens, sed lumpa aqua simul cum particula Hostie Calicem legitimum consecrabis, incipiens ab illis verbis: Simili modo, &c. vsque ad illa: Hæ quoquecumque feceritis. Aliam hostiam consecrare obligatus non es, vt ex communiori sententia docet Nauarr. cap. 25. num. 91. Suar. disp. 85. sect. 1. Aegid. quæst. 83. art. 6. num. 277. ibi Valq. Henr. cap. 37. num. 4. Bonac. disp. 4. de sacram. quæst. vlt. pun. 10. num. 5. Layman. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 7. in fine: quia moraliter censetur præfens consecratio Hostia consumptæ sicuti contigat, cum hoc sacramentum primò institutum est à Christo Domino qui consecratum Panem Discipulis distribuit, & illo sumpto Calicem conferauit, deditque Discipulis

Discipulis suis. Præterea quia in cap. pastoralis de Sacrament. non iteranda, statuitur reperenda non esse in sacramentorum confectione que legitimè facta sunt, quod æquè in sacrificio locum habere debet. At confessorio Hostie legitimè facta est. Ergo hæc non est iterum repetenda. Præterea si noua Hostia simul cum Sanguine consecranda esset, cum horum confessorio perfectum sacrificium constituerat, prius sacrificium inchoatum ex prioris Hostie confectione imperfictum relinqui videtur. Secus vero contingit, quando solus Sanguis consecratur, etenim hæc consecratio simul cum confectione Hostie precedens vnum sacrificium integrum constituit. Non igitur noua Hostia est consecranda. Neque obstat contrarium in Rubricis Missalis prescribi, quia non praescribitur ut necessarium, sed ut conueniens ob sententiam probabilem D. Thom. insinuantis simul cum sanguine nouam Hostiam consecrandam esse. Qui vero huic opinioni D. Thom. & Rubricarum instructioni adhaerere voluerit, nouamque Hostiam simul cum Sanguine consecraverit, intentionem habere debet prius sacrificium inchoatum novo illo sacrificio perficere, atque adeo consecratio sanguinis simul cum noua Hostie confectione & perfectum sacrificium constituit, & sacrificium prius inchoatum, & muilum reddit perfectum. Tertiò contingit substantialis defectus, ex eo quod impediari à suppositione Calicis ob venenum ibi oppositum, vel ob animal illuc cadens, quod horrorem causat, & ad vomitum provocat. Et quidem si defectum præuides ante confectionem, aliam speciem offere, & consecrare debes rectificata priori post, debes animal extrahere, & species consumere, si absque graui incommodo facere possis. At si nec tu, neque aliis sacerdos adsit, qui absque periculo morali falem vomitus sanguinem sumat, alia species Vini apponenda est, consecranda, & sumenda, & priores species Vini stupra imbibantur, & in sacrarium reponantur, & potquam fuerint scire comburantur, & cineres in piscinam mittantur simul cum cineribus animalium in Calice cadentis. Quod idem faciendum est, quando contingit sacramentum euomi, patres fieri, aut ab animali comedendi: debent inquam comburi, & cineres in piscinam miti. Et si miraculosè Hostia, vel Sanguis euaneat, aut in aliam formam mutatur, probabile reputantur. Azor. Egid. locis allegatis, obligationem non esse nouam speciem consecrandi, quia miraculo facta censeretur Deus sacrificium illud dimidiatum accipere. Quarò contingit defectus ob effusum sanguinem, vel ob Hostiam venso valido delatam. Et quidem si reperiat pars aliqua Hostie etiam minima, vel aliquid ex speciebus sanguinis superfuerit, non erit necessarium aliam speciem consecrare, cum perfectum sacrificium fieri possit. Si vero contingat Calicem omnino effundit, vel Hostiam non appareat, consecranda est alia species ob integratitudinem sacrificij. De sanguine effuso quid agendum sit, colligi potest ex cap. 5. per negligientiam de consecrat. dist. 2. & ex rubricis Missalis. Si cadit in terram, radendus est locus, & cineres concremandi, & in piscinam proiiciendi, si vero in tabulam, vel tapetem, sugatur, & radatur, pars autem taperis, seu cuiuslibet alterius vestis nec benedicta, nec nimis preioiosa scanditur, & combusta illius cineres in piscinam proiiciantur. Si vero in pallas benedictas, vestesque sacerdotales ceciderit, sugatur, & tribus vicibus Calice supposito laetetur, & aqua ablutionis accipiatur, vel sumatur in piscinam miti. Si Sanguis aram attingit, iunatur, lambatur, & purificetur ut potuerit. Pœna vero in suprad. cap. imponitur, non sunt ipso iure lata, sed ferenda, & iam per coniunctinum referuntur est Ordinatio, ut pro qualitate culpa, & negligentiæ pœnam imponat, sicuti notauit Nauarr. sum. cap. 25. num. 89. Suar. disp. 85. sect. 1. post med.

## P V N C T V M X I I .

## De obligatione celebrandi ob ordinem acceptum.

1. Iure diuino obligatur sacerdos ex communi sententia, alia quando celebrare.
2. Contrario probabilitate non caret.
3. Ob scandalum obligatur sacerdos celebrare.
4. Decet sacerdotes quoquidem celebrare, sed non tenentur.
5. Qualiter teneantur Episcopi, & Rectores Ecclesiarum.

1. Communis est sententia quemlibet sacerdotem ratione Ordinis, & officij alii impetrant iure diuino obligatum sub graui culpa esse aliquando iactificium offerre. Sic D. Thom. q. 82. art. 10. Nauarr. cap. 25. num. 88. Suar. disp. 80. sect. 1. Valq. disp. 232. cap. 1. num. 6. Minus colligi potest ex Trident. sect. 23. cap. 14. Stat enim optimè præceptum imponit Episcopis, ut circuus ne sacerdotes diebus Dominicis, & festi à celebratione abstineant, quia ipsi sacerdotes obligati sunt celebrare, quia possunt curare exemplo, conflito, & exhortatione, vi potest ad opus summè perfectum: imo possunt hanc diligentiam facere medio præcepto imposito, si id iudicarent bonum Ecclesiarum regimini expedire, sicut in diocesi Mediolanensi testatur Bonac. disp. 4. de Sacram. quest. vlt. p. 7. num. 1. impositum est. Adde si ex prædicto loco Trident. obligatio celebrandi sacerdotibus inclet omnibus Dominicis, & festi solemnibus obligati essent, quod nullus vique adhuc dixit. Pius vero V. op. unionem Caeciani ex commentariis D. Thom. expungit,

commemorationem, quibus Christus Dominus Apostolis, & eorum successoribus præceptum imposuit, ut declarauit Trident. sect. 22. cap. 1. sacrificium offerendi. Cum ergo omnes sacerdotes, & singuli eorum sint Apololorum successores, efficiunt omnes, & singulos sacerdotes obligatos esse aliquid sacrificare. Deinde omnes sacerdotes in ordinatione non solum accipiunt potestatem sacrificandi, sed munus, & officium offerendi dona, & sacrificia pro peccatis, iuxta illud ad Hebr. 5. Omnis Pontifex ex hominibus a summis pro hominibus constitutus in his quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis. At nemini officium aliquod conceditur, qui sub graui culpa non obligetur prædicta officia, & munera sacrificare, si materia graui est. Ergo nullus est sacerdos, qui obligatus non sit sub graui culpa sacrificare, cum hac materia grauius sit. Taut huic sententia communis sensus fidelium, existimantur sacerdotes abique legitima causa longo tempore cessantes à sacrificio perditi moribus esse, id est que D. Ambros. relatus a D. Thom. quest. 82. art. 10. in argum. sed contra (inquit) Graue est quod ad menam tuam mundo corde, & manibus innocentibus non venimus, sed grauius est, si dum peccata mietuimus, etiam sacrificium non reddamus. Et Innocent. III. in cap. dolentes de celebrat. Missar. inter abusus aliquorum Sacerdotum, quos ibi reprehendit, enumerat quod vix quater in anno sacrificabant. Si autem nullam obligationem sacrificandi haberent, non esset illis culpe tribuendum, neque Trident. sect. 23. cap. 14. de reformat. ita grauius præcipiter Episcopis, ut eurent sacerdotes saltem diebus Dominicis, festis solemnibus Missam celebrarent. Neque Pius V. iuberet opinionem contrariam Caiet. abradi, & expungi ex commentatori Sancti Thomas, sicuti fecit in impressione Romana operum D. Thom. si eam probabilem existimat.

Nihilominus etiæ prædicta sententia ut communior, & longè probabilior tenenda, & consulenda sit, contraria sententia scilicet simplicem sacerdotem secluso scandalis obligatum non esse aliquando sacrificare, probabilitate non carerit. Eam enim docet Alex. 4. p. 9. 11. membr. 2. art. 4. §. 1. questione, quia incipit Consequenter queritur, &c. Bonavent. in 4. disp. 12. pun. 2. art. 1. in corp. & ad 1. & ad ultim. Caiet. quest. 82. art. 10. Victor. de Eucharist. num. 93. & probabilem reputant Layman. Bonac. & Suar. locis allegatis. Ratio est, quia obligatio præcipue grauius imponenda non est absque fundamento legitimo, at nullum esse videtur ex quo firmiter colligatur. Et in primis ex iure diuino non videtur haec obligatio sufficiere colligi, nam esto latum fuerit a Christo Domino præceptum illis verbis: Hoc facite in mea commemorationem, videtur explicari posse de præcepto offerendi hoc sacrificium in Christi commemorationem, vel potius de præcepto, quod omnes sacerdotes simili sumptus altiringit, non de præcepto, quo singuli, & diuism teneantur. Expediebat namque in Ecclesia hoc sacrificium non esse, id est que Christus Dominus Apostolis, & eorum successoribus præcepit, ne ab illius oblatione celarentur, quod optimè feruari potest, tametsi vnu, vel alter sacerdos nunquam sacrificare. Et iuxta hanc explicationem dicendum est traditum fuisse sacerdotibus manus, & officium sacrificandi, & quidem quoad potestatem, ut quoties vellent, possent sacrificium offerre, quoad obligationem verò quoties Ecclesia sacrificium defuerit. Deinde ex iure Ecclesiastico nullus est rexus hanc obligationem firmiter probans. Nam esto in cap. dolentes referat Pontifex ut abusum, negligientiam illorum sacerdotum, qui vix quater in anno celebrant, inde non infertur ex vi ordinacionis aliquando obligatus esse celebrare. Sed sollem infertur celebrationem omittendam non esse ex negligencia, & corpore, bene tamen ob reverentiam sacramenti, & indignitatis propria existimatione. Adde, si supradicti sacerdotes bis, vel ter in anno sacrificabant, sicut obligatio ex ordinatione contracta farisfaciebat, siquidem vlique ad illud tempus declaratum non erat, quoties sacerdotes celebrare deberent. Præterea in ipso c. dolentes nullum de celebratione sacrificij præceptum fertur, sed de recitatione officij nocturni, & diurni. Neque illa verbi textus, Hoc & similia sub pena suspensionis ponitis inhibemus, referenda sunt ad celebrationes ablinuentiam, sed ad varios modos irreverentias contra debitum officij diuinum attentionem, id est que in forma præcepti haec solidi continentur, sicut bene adserit Valq. disp. 232. cap. 1. num. 6. Minus colligi potest ex Trident. sect. 23. cap. 14. Stat enim optimè præceptum imponit Episcopis, ut circuus ne sacerdotes diebus Dominicis, & festi à celebratione abstineant, quia ipsi sacerdotes obligati sunt celebrare, quia possunt curare exemplo, conflito, & exhortatione, vi potest ad opus summè perfectum: imo possunt hanc diligentiam facere medio præcepto imposito, si id iudicarent bonum Ecclesiarum regimini expedire, sicut in diocesi Mediolanensi testatur Bonac. disp. 4. de Sacram. quest. vlt. p. 7. num. 1. impositum est. Adde si ex prædicto loco Trident. obligatio celebrandi sacerdotibus inclet omnibus Dominicis, & festi solemnibus obligati essent, quod nullus vique adhuc dixit. Pius vero V. op. unionem Caeciani ex commentariis D. Thom. expungit,